



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Ioannis Nider Ordinis Prædicatorum Theologi De Reformatione Religiosorum Libri Tres

Nider, Johannes

Antverpiæ, 1611

Illvst[rissi]mo Et Rev[erendissi]mo Domino Michaeli Bonello Alexandrino S.
R. E. Cardinali Episcopo Albano ex Ordine Prædicat. assumpto F.
Vincentius Iustinianus Antistius S. P. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45728)

ILLVST^{MO} ET REV^{MO}

DOMINO

MICHAELI BONELLO

ALEXANDRINO

S. R. E. CARDINALI

EPISCOPO ALBANO

ex Ordine Prædicat. assumpto

F. Vincentius Iustinianus Antistius

S. P. D.



VAM QVAM breuis illa,
 & ferè ex tempore edita
 Disputatio, quam olim
 pro diuæ CATHARINÆ
 SENENSIS imaginibus,
 aduersus quædam declamatorem, Hi-
 spanè conscripsi, prudentium censo-
 rum calculo, antequam typis manda-
 retur, probata fuerit: numquam ta-
 men speravi, plerisque Theologis, ac
 Pontificij Cæsariique Iuris prudenti-
 bus,

bus, tam gratam acceptamque futuram, quàm ex multorum, & quidem grauiſſimorum hominum epistolis intellexi. Eius enim lectionem eruditis omnibus placuisse, scripserunt ex nostris Ludouicus ille Granatensis sacrorum huius memorię oratorum Demosthenes, Didacus à Chaues, qui Catholico Regi nostro PHILIPPO II. à sacris confessionibus fuit, Ioannes Cuebas, nunc Episcopus Abulensis, Ioannes Gutierrez eiusdem Regis ecclesiastes, & Timotheus Bothonius hæreticorum apud Genuenses Inquisitor: ex aliis verò, Franciscus Pegna in primis grauis & doctus sacrę Rotę Auditor & hæreticomastix, Ioannes Baptista Cardona Episcopus Dertusensis, Didacus Perez, qui ob eximiam qua in dicendo pollebat vim, Apostolicus prædicator vulgò nuncupabatur, Alphonsus à Villegas homo omni doctrinarum genere excultus, alii que permulti. Sed illam demum ab omnibus meritò

pro-

probari posse credidi, postquam tibi
 Illustris. & Reuerendis. Domino (cu-
 ius integritatis & in publicis pertra-
 ctandis negotiis diligentia prudentia-
 que fama Hispaniam totam peruasit,
 ab eo tempore, quo magni auunculi
 tui P I I Papæ V. vt auctoritate, sic
 vita sanctissimi, Legatus in eam veni-
 sti) non ingratum futurum accepi, si
 illam, vt vbiq; gentium facilius in-
 telligi posset, in Latinam linguam ver-
 terem. Aliis igitur studiis, quibus vt
 scis intentus eram, intermissis, Lati-
 nam iam, & nouis argumentis nouis-
 que excellentium auctorum testimo-
 niis locupletatam, confirmatamque,
 in tuo illustrissimo nomine apparere
 volui. Quod vt facerem, non tantum
 mea erga te vetus obseruantia, sed tua
 in diuam CATHARINAM reuerentia
 sæpè me, alias res agentem, adhorta-
 ta est. Neque leue atque obscurum,
 sed grauissimum & clarissimum, ces-
 sisse meis lucubrationibus, quales qua-
 les

les sunt, præmium arbitror; si tibi, viro sapientissimo, omniumque virtutum laudibus cumulatissimo, non omnino displicuerint. Diu felix vale, Illustrissimi Senatus splendidum lumen, meque tuorum clientum numero ascribe. Valentiaë, ex Prædicatorum Cœnobio, Anno M. D. XCVII.



DISPV-